



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Thracia, Thracumq[ue] feris moribus. Capitulum Quintum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De oim gentiū ritibus.

nos qui æquitate & iusticia adhuc magis excoluit. Plato author est Lacedæmonios & alias vetustissimas Græcię ciuitates hinc sibi leges & instituta quę siuuisse. Optimū gentis statū euertit primo tyrānicus dominatus, mox & Ciliicum latrocinia. Fuit gens ab initio libertatis studiosa ea se possidere arbitratū, quę nō esset tyrannorū libidinibus exposita, fuit & concordię ppetua cura, quę seditioni diuitiarū auaricię alumnē inimica est. modice pinde antiquitatis frugaliterq; vitā agitare. Frequentabant pueri cōuentus quos greges nominabant. Adultę ætatis viri publica inter se conuiuia celebrare, arma reipublicę causa tractare, ab ineunte ætate corpa laboribus exercere. Maris æstus & frigora ppeti, accliuēs semitas saltusq; cursu superare, in gymnasijs pugnas ciere, arcubus & sagittis plurimū vti, in armis saltationem, quā pyrrhice nō minant, vulgo celebrare. flexu corpis hæc saltatio fiebat, quo plagę telacq; euitarentur. sagulū & militarem calceū sibi inducere, arma p̄ciosissimū munus credere, tantū ad hæc rei maritimę studiū, vt in prouerbiū abierit, si quis quæ nosset se nescire dissimularet Cretes diceret pelagus nescit. Inter æquales cōnubia conciliari, ex omnib; iuuenū cœtu virginibus sibi sponfos optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, q̄ ad domesticā administrationem essent idoneę. Dotis magnitudo fuit, si frater aderat, patrimonij dimidium. Pueri ex legibus literas & cantilenas & musicę artis modulamina quædā discabant. ad virosq; Syssitia pducti humi vilibus tecti amiculis sedebant, illisq; pugnā cientibus ministrare. puerorū validissimus maximeq; elatus ductabat gregem. pro viribus singuli plurimos aggregabant æquales, ad venationes egredi, cursu exercebant corpa, stans diebus puerorū cœtus ad tybię & lyrę cantū inter se cōmitti, vt in re bellica cōsueuerit. Huius gentis etiā fuisse quidā memorant lætos dies candido notare calculo, tristes atq; molestos atro; etsi plures hunc morem ad Thracēs referunt.

De Thracia, Thracumq; feris moribus. Capitulum Quintum.

Rhomania **T**hracia, quę hodie Rhomania appellat, Europę regio est, inter partes Scythiæ computata, Macedoniā sequit, a septentrione Istrū habet, ab oriente Pontū ac propontidem, a meridie Egeū mare, olim Scythos, postea Thracia, a Thrace Martis filio, siue ab asperitate appellata, Græci em̄ ἄσπερος asperū dicunt. Regio est vt Pomponius scribit nec cœlo, nec solo q̄ vbi mari vicinior est satis foecunda t̄pataq; frigida est & eorū quę serunt ma lignę admodū patiens, raro vsq; pomiferā arborem, vitem frequentius tolerat, sed nec eius q̄dem fructus maturat ac mitigat, nisi vbi frigora obiectu frōdium cultores arcuere. In ea quondā vrbes celebriores fuere Apollophama, Enos, Nicopolis, Byzantiū, quę postea a Constantino Constantinopolis dicta est, & in maius aucta gloriosissimi Imperij sedes & orientis totius caput delecta, Perinthos Lysimachia Caliopolis. Amnes Hebrus Nestos Strymō. Montes Hēmus Rhodope & Orbelos. Hoīes habet feros asperos & numerosos adeo, vt si, aut vnus Impio regerent, aut idem sentirent, vt historię pat

opinā Herodotus: inexpugnabiles forent, & oīm gentiū multo validissimī
 sed quia arduū hoc illis est, & nulla ratione contingi potest, ideo imbecilles
 sunt. Habent autem multa nomina singularē regionū singula, moribus ta-
 men ac opinionibus consimilibus imbuti, præter Gethas & Trausos, & qui
 supra Crestonas incolunt: ex quibus Gethæ se nō mori persuasum habuere, sed
 ad Salmoxim deum suum post fatum migrare, fuit hic Zalmoxis homo Py-
 thagoræ quondā discipulus, qui in patriā reuersus, quū animaduerneret Thra-
 ces male viuere & inscite, ipse edoctus Ionicū viuendi genus & mores ipsis
 leges dedit, docuitq; atq; persuasit popularibus eas seruantibus post obitum
 ad se in eum locum ire, vbi superstites omnium bonorum compotes essent, per
 hoc de itatis opinionem consequutus. e Thracū se conspectu subduxit, atq; e-
 uanuit, maximo sui desiderio post se relicto. Ad hunc mittunt assidue adhuc
 cum nauī quinque remigū nuncium quempiam ex le ipsis sorte delectū, præci-
 pientes ea quibus semper indigent, eumq; ita mittunt. Quibusdā eorum da-
 tur negotiū, vt tria iacula teneant, aliusue comprehensis eius qui ad Zalmox-
 in mittit, manibus pedibusq; hominem agitantes in sublime iactent ad iac-
 ula: qui si in præsentia extinguitur, propiciū sibi deum arbitrantur, sin mi-
 nus ipsum nuncium insimulant adseuerantes malum illum esse virum. Hoc
 insimulato alium mittunt, dantes adhuc viuenti mandata. Iidem Thracēs dū
 tonat fulguratq; in cœlum sagittas excutiunt, deo minitantes q̄ nullū alium
 præter suū esse arbitrent. Trausi vero in cæteris quidem omnibus idem q̄
 Thracēs: verum circa natalicia suorum atq; obitus hoc faciunt. Adito puero
 propinquū eum circūsedentes, eum ploratione prosequunt recensentes qual-
 cuncq; necesse est illi, q̄ vitam ingressus sit, perpeti humanas calamitates. Ho-
 minem fato functū per lulum atq; læticiā terræ demandant, referentes quot
 malis liberatus in omni sit modo foelicitate. Atqui supra Crestonas incolunt
 ista agunt, singuli plures vxores habent, quorū vbi quis decessit, disceptatio
 magna sit inter vxores acri amicorū circa hanc rem. iudicio quæ nam dilecta
 fuerit a marito præcipue, quæ talis iudicata est, & hunc honorem adeptā, ea a
 viris & mulieribus exornata, ad tumulū a suo ppinquissimo mactat, vnaq; cum
 viro humat, cæteris vxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus
 atq; lugentibus: nam id eis summo dedecori datur. Cæteri Thracēs filios ve-
 teri instituto palam venditare, nec virgines a parentibus & propinquis adser-
 uari, sed quibus libuit cum viris concumbere sinunt. Vxorū pudicitiam so-
 licitius custodiunt, easq; magno ære a parentibus coemunt, fronte notis qui-
 busdam signatas, generosum id iudicatur, ignobilitatis argumentum sine his
 esse. Nupsuræ quæ præ cæteris specie valeant prius subtaxari volunt, & licen-
 tia taxationis admissa nō minoribus nubunt præmijs. Quas formæ dedecus
 premit dotibus emunt quibus coniunguntur, vterq; sexus epulantes focos
 ambiunt, herbarum (quas habent) semine ignibus superiacto, cuius nidore
 perculli, pro læticia habent imitati ebrietatem sensibus hebetatis. Ociari, ex
 rapto viuere præ re honesta haberi: contra, agros colere pro despiciatissima.
 Martem vulgo, Liberū, Dianam, & Mercuriū religiose colere: perq; eum so-
 lum iurare, sui generis auctorem arbitrari, Corporū magnitudine Thracēs

Thracēs qua-
les hoīes.

Gethæ se non
mori puta-
bant.
Zalmoxis
Gethæ de?

Nuncius ad
Zalmoxim
mittit

In cœlum sa-
gittant dum
tonitruat tra-
cēs

Adito puero
Trausi lamē-
tantur
Hoīe mor-
tuo Trausi
lætant

Vxorē caris-
sima cū ma-
rito defun-
cto sepelit.

Mulieres in-
genue notis
in fronte si-
gnabant.

Att. Thracū
mīmonia

Ociari & ex
rapto viuere
honestū
Religio

De omnium gentium ritibus.

- omnes homines antecedunt: cæruleis oculis ac truci visu, terrifico vocis sono, annosa ætate. **Ædificia.** Ædificia modice ab humo eleuata, annona eodem semper tenore, vitæ nesciunt; pomis abundant. In Regis electione non nobilitas præualet, sed suffragiū vniuersorū: populus enim eligit spectatum moribus, & inueterata clæmentia, etiam annis grauem: sed hic in eo quærit, cui liberi nulli sint: nam qui pater fuerit, etiam si vita spectatur, ad regendum nō admittit; & si forte dum regnat pignus sustulerit potestate exiit: maxime hic custoditur ne regnum hæreditariū fiat. Tum si rex etiam maximam præ se ferret æquitatem, nolunt ei totum licere: quadraginta ergo rectores accipit, nē in causis capitum solus iudicet. **Q.** si ipse etiam in peccato aliquo arguitur, morte mulctatur: nō tamen vt cuiusq; manu atrectetur, sed consensu publico rerum omnium ei potestate interdīcta, ipse tandem fame pereat. Opimates ita sepeliunt, prolato triduum cadauere, mactatisq; omnifarijs hostijs conuiuantur, illudq; defletum prius, deinde combustum sepeliunt, aut aliter humo contegunt, adgestoq; desuper tumulo cum alia omnis generis certamina proponunt, tum præcipue certa cum ratione Monomachiam, hoc est, singulare certamen. **Armatura Thracū** qua (vt Herodotus scribit) in Dariana expeditione vsi sunt talis erat: pelle vulpina cassides gestabant, tunicis induti, & insuper circumdati varijs sagulis, pedibus & tibijs indutis caliga e pellibus hinculorum, iacula peltas & pugiunculos: arcu valde pugnaces sunt, & exercitissimi, quem apud se repertum volunt. vna cum Scythijs lingua vtēbant. Scribit Plinius totam Thraciā in quinquaginta stratageas diuidi solitam. Sed ea Thraciæ pars quæ Gethica olim dicebat, vbi Darius Hidaspis filius pene perijt, hodie Valachia appellatur, a Flaccis quiritū gente, Rhomani enim Gethijs superatis & deletis Flacci cuiusdam ductu eo Coloniam miserunt. vnde primum Flaccia, dein corrupta voce Vallacia dicta: astipulatur huic opinioni Rhomanus sermo, qui adhuc in ea gente durat: cæterū adeo ex omni parte corruptus, vt vix Rhomano homini intelligatur. Romanarū literarū vsus, elementorum forma aliquatenus inuersa. sacrorum ritus, qui & Græcis. **Dacia** postea eam terrā occupauerunt, a quibus aliquandiu etiā Dacia dicta fuit, nunc Teutones, Siculi, & Valachi tenent. Teutones fortes viri ex Saxonia illuc a magno Carolo transmissi, a septem vrbibus, quas habitant, Sebenburgenfes patrio sermone vocant. Siculi Hungarorū vetustissimi, ex his qui ab initio ex Scythia digressi his locis confedere. Valachorū factiones duæ Dragulæ & Dani, alias Dauī. Nam Gethæ & Dauī seruorū noīa inde olim profecta græcorū quidam prodidere Dragulæ Danis impares Turcas nostrorū patrū memoria in eam terrā induxerunt quorū armis Dani ad intericionem deleti sunt. Ioannes Huniades, vir acer, Danis demū auxilio fuit, terrāq; ab hoste receptam sibi vendicauit. Agriculturæ rei q; pecuariæ Valachi vt plurimum student, quod originem gentis arguit. Tributum Regi pendunt, sed semel tantū ac id cuiq; regum & confestim ab eius declaratione tum singulæ familiæ dant bouem tributū nomine, sexaginta millia numero & amplius esse tradunt. Iussi ad bellum exire capitale est non paruiffe. Est Valachia Transiluanix contermina ab occasu, ad ortum in Euxinum excurrit: ad bo-

ream & septentrionem Rusiam attingit: alluit ad meridiem Istro, circa quem quicquid vagarum gentiū occupat perpetua illas hyems, triste cœlū premit Maligne olim solum sterile sustentabat imbrem culmo aut fronde defendebant. In cœlo super durata glacie stagno psultabant in alimentū feras captabant, nulla illis domicilia, nullæq; sedes erant, nisi quas lassitudo in diem posuerat. vilis & his quærendus erat victus, q̄ horrenda iniquitas cœli, intacta capita.

Vlachie q̄ tuor latera

Gentes Istri accolentes

De Rusia siue Ruthenia, & recentibus Rusianorum moribus. Cap. Sextum.

Rusia, quæ etiam Ruthenia dicitur & Podolia, tripartito nominatur. Alba, superior, & inferior, pars Sarmatię Polonię prætenta, Peucefluuiio ad septentrionem includit, ad orientem solem Moscus. occidua illi Liuania atq; Prussia extreme Germanię partes: patent hodie Ruthenorum siue Rhoxolanorū (nam & hoc nomine appellant) fines octo dierum itinere, a Tanai ad septentrionalem oceanū, habetq; id spaciū nonaginta & amplius dierum iter, rursus a Germanico oceano, quem Balteum vocant, ad mare Caspiū. Regio adeo fertilissima est, vt agro rude culto frumentoq; insperfo, tribus perpetuis annis fructū ferat: nec opus est agrū quotannis inuertere, sed inter merendū segete leniter excussa alia in sequentem annū sua sponte crescit. Gramen adeo procerū pducit, vt particā transcendat: vnde ibi apum tanta copia, vt mella nedū in aluearijs, aut arboribus, verū in rupiū & terre cauernis reponant. Optimus medo, & hi grandes cærarū orbes, quæ ad nos vsq; aduehant ibi fiunt. Non inspiciant piscinæ & stagna Russorū, sed vt aiunt, pisces ex cœli influentia succrescunt. Sal quoddā in lacu Katzibeio vocato siccis t̄pibus colligitur, pro quo genti cum Tartaris crebra bella. Mirū est quod dicit in solo Chelmenli defectos pini arboris ramos truncosue duos aut tres annos super terrā iacentes in saxa indurari. Est ibi optimę cretę copia. versus Tanaim & Meotim calamo aromatico & reupontico abundat, pluribusq; herbis & radicibus alijs, alibi nō visis. Vrbs regia Moscouia est, ad Moscū amnem sita, quatuordecim miliū passuū circuitu. Nullus hic signati argenti vsus, Lapis est in medio foro quadrata forma, quem si quis ascendit, nec inde vi deturbari possit, principatū vrbs obtinet, ingens de ascensu loci & deiectu dimicatio inter indigenas, sæpiusq; ob eam rem pugnatū inter ciues: Gens adeo validissima est, q̄ superiori anno quodā bellico tumultu in Regis castris centū viginti milia equitum recensa sint, quorum singuli ordinem ducerent. Arcu in bello vtuntur, quod gentile & vetus est illis. est & lancea, in vsu duodenum pedum: cataphratti equites: supra hamatam loriam ferream thoracem induunt: vmbilicis speculorum modo prominentibus: galerum gestant pro casside, in conum fastigiatū: equite libentius vtuntur in bello q̄ pedite: pedites alijs scorpione vtuntur (balistam Itali vocant) alijs plumbeas pilas sulphureo puluere ex æneis excutiunt machinis Teutonico more. Inuisum genti Regium nomen: iccirco ducis appellationem libentius vsurpant: qui ibi rerum potiuntur, vt magis popularem, dux dicitur:

Rusie fines.

Terra cōm fertilissima.

Apū copia

Optim⁹ medo cærarum orbes

Sal in lacu nascit Mirabile

Calam⁹ aromaticus in Russia

Signati argenti null⁹ vsus.

Rusianorū potentia.

Bellica Rusianorū arma

Regium nomen Rusianorū